Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



suo teneatur: ne aliter sup danielem faciat quã
locutus est. Verus sermo iuxta decretũ medorũ
atq; pharum. quod preuaricari ñ licet. Crebrius
annotamus ubicumq; dicitur regnũ medorum
atq; pharum. ut soluamus difficillimã questionẽ.
qua nunc sub dario nunc sub cyro daniel fuisse
memoratur. Daniel de filiis captiuitatis iudę.
Ut maior sit indignitas. contempnentes eum qui
regis iussa ẽtempnit dicunt esse captiuũ. Quod
cum audisset rex satis contristatus est. & p dani
ele posuit cor ut liberaret eum. Intellexit se pro
pria responsione deceptum. & q̃d causa insidiarũ
esse inuidia. Itaq; ne contra suã legem facere iu
deretur. ñ auctoritate regia sed ratione atq; ẽsilio
uult danielem de discrimine liberare. & in tantũ
nititur & laborat. ut rex potentissimus usq; ad
solis occasum cibum ñ accipiat. Et illis tanta
in malo ptinacia est. ut nec uoluntate regis mo
ueantur nec iniuria. Cum aut illi intellegentes
regem. dixerunt ei. Scito rex quia lex medorũ
est atq; pharum. ut omne decretum quod constituit
rex non liceat immutari. Sicut rex intelligebat

.v.